



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis, Commentariorum Libri LVIII

Valeriano, Pierio

[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678

Terra & aqua.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14259

A Sed quæsierit hic forte aliquis, quid sibi voluerit Homerus per incudes duas, quas Jupiter se Junonis pedibus appendisse dicit, quam prius aureo tuniculo suspenderat. At qui fabularum ubique aerem per Junonem intelligimus, Funiculus autem aureus æthram stellarum globis conspicuam ostendit. Incudes vero duæ terram & aquam, inter quæ Juno ipsa suspensa configitur. Hinc Fulgentius ex autoritate Theopompi in Cyprico carmine, & ex Hellenico ἐκ τῆς ἑστῆς Φιλολοχία, Junonem ait ab Jove vinciam catenis aureis, & incudibus ferreis degravatam, quamvis prave quidam depravatam legunt; sed longe fœdus interpretantur, dum exponunt Devirginatam: & quod magis rideas (a-



incudes
de Ianonis
pedibus appen-
dit, quid.
Vide Macro-
bius in
Sipontino
lib. 14. & in-
fra l. 59.

B nimadverte hominis phrasim & impudentiam) depudicatum, imminutam, incudibus, veluti stragulis & lecto geniali præpositis, ob nimii tendoris & libidinis impatentiam (sic ille stolidus insanit, & enormia longe magis sibi confingit super Angelis.) Nec tamen me præterit, alicubi legi Angelos quosdam depravari, & compedibus coerceri: sed ibi depravari non significat depudicari, ut stupor iste putat, sed gratia lumineque Dei privari. Homeri autem carmina, unde hæc à Theopompo & Hellenico desumpta sunt, habentur Iliad. 9.

ἢ ἐ μέμνη ὅτι κέκμη ὑψόθεν, ἐκ τῆ ποδοίον
ἀμμοῦν ἢ κα δὲ οὐρα, ἀπὸ χειρῶν τῶ θεοῦ ἐν ἡλῶν
χρόστον ἀρρῦκτον, σὺ δὲ ἐν αἰθέρι καὶ νεφέλαι
ἐκ κέκμη: ἢ λάσπον τῆ θεοῦ κτ' μακρὸν Ὀλυμπον, λύσαι δὲ ἐκ ἐδύνατο.

Non memor es cum te de summo pensilem Olympo
Demisi, utq; pedes geminas græve pondus ad imos
Appendi incudes, manibusque tenacia vincula
Ex auro injecti: aeris tu in nubibus alte
Pendebas, fremuere Dii per abenea cali
Templa indignantes, neque te dissolvere quisquam

Evaluit.

DE MALLEO. CAP. IV.

Incudi Malleus, ut diximus, non indecenter adjungitur: de quo quidem apud Ægyptios nihil habetur, apud Divinarum literarum auctores multa reperiuntur.

MALORUM IRRITAMENTUM. CAP. V.

Vldetur vero Malleus pro malorum irritamento accipi, arma siquidem, pugiones, cuspides, & cultros malleus excudit, unde mala tot in mortales oboriuntur. Eo etiam sunt tubæ ductiles, per quarum clangorem animemur in bellum. Eo franguntur opera, & quæ solida sunt conteruntur. Quare nonnulli Divinarum literarum interpretes Zabulum per mallei figuram intelligunt, à quo mala omnes procedunt cogitationes, pravaque consilia, & bonorum operum perturbationes. Hunc malleum ἱεργγλυφικῶς univèrsæ terræ contrafactum contritumque intelligit Hieremias adventu Christi, subindeque confringi quotiescunque pravis posthabitis operibus, ad rectam vivendi rationem convertimur. Unde ait Apostolus: Deus autem conterat Satanam sub pedibus vestris quam occisistis. Sed super hoc plura legas homilia tertia in Hieremiam apud Adamantium. Zabuli vero



Hic potius
adjici illud
Origenu
Theologi in
Hieremiam,
Inter mal-
leum & in-
cudē, de iis,
ait ille, qui
anxietatib.
& ingentib.
malis pre-
muntur.
Malleus fi-
gura Zabuli.

Gggg 2

nomen,